1068.

Historia Scholarum

Posnaniense gymnasium.

1841

Posen

Jahresbericht über das Schuljahr von Michaelis 1840 bis dahin 1841.

Gimnazyum Poznańskie Dra Hoffmana [illegible]
Poetarum Polonicorum deliciae, z tłumaczeniem

Jahresbericht

niektórych poematów Jana Kochanowskiego na

über

das Schuljahr von Michaelis 1840. bis dahin 1841.

język niemiecki

womit zu der

öffentlichen Prüfung

der Schüler

des

Königlichen Marien-Gymnasiums

am 28., 29. und 30. September 1841.

ergebenst einladet

M. Stoc,
Direktor des Gymnasiums.

INHALT.

POSEN,
gedruckt in der Königl. Hofbuchdruckerei von W. Decker & Comp.

Poetarum Polonicorum Deliciae.

Partic. I. Joannis Cochanovii poemata selecta.

Interpretatus est

Andreas Hoffmann, Phil. Dr.

PRAEFATIO.

Ne alii aliud consilium mihi tribuant, poetarum Polonicorum carmina latina interpretari ingresso, quomodo ad hanc studiorum rationem deductus sim, praefandum paucis mihi videtur. Quum opera mea Polonicae maxime juventuti erudiendae dicata sit, antiquitates Polonorum accuratius, quam Germani vulgo facimus, cognoscendas mihi esse putavi. Id ego via et ratione faciendum ratus ipsorum Polonorum vetusta litterarum monumenta quum adissem inprimis latinae linguae in Polonia fata animo secutus sum. Qua de re quum scirem Mecherżyńskium copiose disseruisse, cujus tamen libellus [1]) neque in Germanicam linguam conversus est neque quamvis bonae frugis plenus, non habet, quae accuratius disputata velis, operae pretium facturus esse mihi videbar, si linguae latinae in Polonia historiam contexerem. Sed hic locus, quum natura sua difficilis et multiplex, tum vero impeditus ei, qui Polonici sermonis nondum satis gnarus est, latius patet, quam ut adhuc res omnes ad illustrandum eum necessarias colligere potuerim. Jam vero hoc agenti mihi, ut fit, aliud consilium subnatum est. Quum enim pervolutarem opera poetarum latinorum, qui olim in Polonia floruerunt, invenire mihi visus sum, quae etiam nunc legentium animos liberali quadam oblectatione perfundere possint. Inspectis autem libris, qui de historia litterarum conscripti vulgo circumferuntur, neque nomina illorum poetarum commemorata reperiebam omnia, neque iis ipsis, quorum fere mentio fit, tantum laudis impertitum videbam, quantum merere videntur. Quo laetius autem indies inter Polonos litterarum studia efflorescere animadvertebam, eo magis tempus venisse credebam, ut etiam latinorum poetarum reliquiae, quae, ut olim eximia penes Polonos latine scribendi dicendique laus esset, effecerunt, a contemtu et oblivione, qua paene obruti jacent, vindicarentur. Quos si qui forte sunt, qui recte negligi opinentur

[1]) Historya Języka Łacińskiego w Polsce. W Krakowie 1833.

propterea, quod latinum potius, quo tunc omnes homines litterati in scribendo ac disputando utebantur, quam patrium sermonem coluerint, videant, ne illi ob id ipsum patriae suae apud exteras gentes eo plus laudis conciliasse existimandi sint, quo latinae linguae fines olim latius quam ullius recentioris patebant. Iniquum vero est, eos posthuma laude carere, qui sensum pulchritudinis venustatisque et inter aequales exemplo suo excitaverunt et ad posteros ingenii sui monumentis propagaverunt. Inter tot millia poematum latinorum, quae post renatas litteras recentior aetas protulit, complura esse ita comparata ut sine ullo litterarum detrimento oblivioni relinqui possint, nemo mirabitur. Neque tamen propterea totum hoc poesis genus adeo fastidiose contemni et abjici debebat, ut jam plerisque vix nomina Sarbievii, Acerni, Janicii, Hieronymi Balbi, Hieron. Frascatoro, Hieron. Vidae, Lotichii Secundi, G. Sabini, Jac. Baldei, Joannis Secundi, Joannis Oweni ceterorumque in eo genere principum nota sint. Atqui consentaneum non est, veterum Graecorum Romanorumque vel minutissima fragmenta conquiri, excuti, illustrari diligentissime, recentiorum ingeniorum monumenta partim pulcherrima obsita situ tineis incuriose relinqui. Itaque vehementer gavisus sum, quod nuper Fr. Tr. Friedemannus Bibliothecam scriptorum ac poetarum latinorum recentioris aetatis selectam edere instituit, eoque non solum studiosorum usibus egregie consuluit, verum etiam latinitatis adversariis exempla illustria proposuit, quae intuentes intelligerent, nostra inertia, non linguae vitio fieri sicubi latine scribendi studium obesse magis quam prodesse litteris hoc tempore videatur. Sed ut ad rem redeam, inter omnes constat, Polonos olim imitando exprimere scriptores et poetas latinos, quam commentariis illustrare et emendare maluisse. Unde factum est, ut grammaticorum et criticorum pauca apud eos extent monumenta, at historicorum, oratorum, poetarum ea et copia et praestantia sit, ut eo nomine praecipuum inter populos eruditos locum suo jure sibi vindicent. Taceo nomina eorum, qui quum eruditionis magis quam ingenii documenta ediderint, versificatores potius quam poetae censendi sunt. Sed M. C. Sarbievius, Sebastianus Acernus (Klonowicz), Clemens Janicius, Joannes Cochanovius, Petrus Roysius, Joannes Dantiscus, Simon Simonides (Szymonowicz), Vigilantius Gregorius Samboritanus digni certe sunt, quorum memoriam non intercidere patiamur. Quorum carmina quum partim in ipsa Polonia raro inveniantur, neque a scholae nostrae rationibus, neque ab hujus aetatis ingenio alienum existimavi, memoriam paene intermortuam Polonorum, qui in poesi latina excelluerunt, renovare, ut et illis laudis aliquid accederet et juventus nostra haberet, unde virtutis exempla peteret et quo ad imitandam majorum suorum sollertiam incitaretur. Ac primum quidem in hoc delectu locum Joanni Cochanovio concessi propterea, quod, quamvis et in lyricis Sarbievio aliquanto inferior et in elegis Janicio impar, tamen eo utrique antecellit, quod in vernacula et in latina poesi parem prope laudem consecutus est. Accedit quod Sarbievius, quum antea saepe tractatus, tum nuper in Friedemanni Bibliotheca repetitus est, Joannis Cochanovii contra poemata latina adhuc paene intacta mansisse videntur. Ego certe neminem novi, qui ea aut illustrare aut interpretari Germanice conatus sit. Quod etsi huic meae qualicunque opellae quandam novitatis gratiam conciliare posse videtur, multo magis tamen sollicitum me reddit, ne dum incedo via lubrica neque ab aliis trita, passim a vero aberrasse deprehendar. Itaque etiam atque etiam

veniam a lectore benevolo petitam volo, si quos in errores me incidisse animadverterit. In eligendis carminibus ita versatus sum, ut quantum per spatii scriptioni huic concessi angustias fieri poterat, e singulis poesis generibus, quae Cochanovius attigit, specimen aliquod proponerem, unde de peculiari poetae ingenio et indole judicium quam minime fallax fieri posset. Eandem rationem deinceps in reliquis poetis tenebo, si consilium meum non omnino improbari intellexero. In vertendo quid secutus sim, res ipsa declarabit: illud tantum moneo, me non temere solam naturam secutum esse, sed leges quas C. Kirchnerus aliique interpretibus Germanicis scripserunt, diligenter respexisse. Sequitur ut pauca de vita et carminibus latinis Cochanovii exponam. [1])

Joannes Cochanovius, gente Corvinus, patre Petro, qui terrestris, quem vocant, judicis officio in Palatinatu Sandomiriensi fungebatur, Siczynae in villa paterna natus est A. 1532. Post obitum patris, quem puer amisit, in severissima matris disciplina educatus, quum prima litterarum rudimenta haud sine fructu in patria deposuisset, singulari quodam bonarum artium ardore incensus, Germania peragrata, Lutetiam Parisiorum se contulit. Ibi philosophiae, historiae, linguarum et poesis studio, ad quod naturae impetu totus ferebatur septennium impendit et (Elegg. III., 8)

Hic illum patrio modulantem carmina plectro
  Ronsardum vidit nec minus obstupuit,
Quam si Thebanos ponentem Amphiona muros
  Orpheave audisset Phoebigenamve Linum.

Inde in Italiam transgressus Romae atque Patavii aliquot annos substitit, inprimis Manutii et Robortelli consuetudine delectatus. Sed rei familiaris cura eum adduxisse videtur, ut in patriam rediret, id quod ex elegia, quam modo commemoravi, conjicere licet:

Et Liger et Rhodanus nostrum sensere dolorem,
  Cum linquenda mihi Gallica regna forent;
Sed domus infelix, utroque orbata parente,
  Clara me in patriam voce vocabat humum.

Reversum ad suos Philippus Padnevius, Episcopus Cracoviensis idemque Cancellarius regni, sola fama notum in aulam regiam accersivit, cui quum non modo ingenii elegantiam ac leporem, sed etiam latine scribendi genus, quo tunc et publica et privata transigebantur negotia, probasset, regis auctoritate in Secretariorum numerum adscriptus est. Sed eidem Padnevio roganti hortantique, ut sacerdotalem vitam amplecteretur, minus obsecutus, quod, liberiore ingenio praeditus, severitati, quae decet verbi divini ministrum, se imparem crederet, simulare vero eam nefas duceret, libertatem et litterarum otium purpurae atque infulis anteposuit. Nec minus fortiter Petro Miscovio, qui Padnevio successit, idem urgenti instantique quamvis optime de se merito patrono restitit. Eandem consilii constantiam et privatae vitae amorem postea quoque ostendit. Postquam enim Miscovius, cujus patrocinio satis lauta beneficia, a liberalitate regis impetrata, debebat, ab aula ad tranquillitatem Episcopatus sui se transtulit, et ipse licet Stephanus rex amplissimo sti-

[1]) **Excerpta e vita J. Cochanovii, Arato ejus praefixa. Cracov. 1612.**

pendio oblato retinere eum in regia cuperet, non amplius alieno sed suo arbitrio vivendum ratus, Czarnolassium rus paternum secessit. Ibi omissis haud cunctanter beneficiis ecclesiasticis, uxore e nobili Podloviorum gente ducta, ne liberalissimis quidem pollicitationibus commoveri potuit, ut rusticae poeticaeque vitae libertatem deliciasque cum honorum speciosa servitute commutaret. Itaque non inanis imitatio est Horatii, sed vera morum similitudo, quum Elegg. III., 15. haec de se praedicat:

Patria rura colo: nunc fallax aula valebis;
Nil promissa equidem magna tua illa moror.
Libertas gemmarum instar mihi et instar arenae est,
Lydius aurifera quam vehit amnis aqua.
Hic ego nec nutum alterius nec limina servo,
Infringens duris molle latus foribus.
Nec votis exopto famem incoenatus herilem,
Nec cuiquam in turba pugno aperire viam.
Nullius ad leges vitam compono, licetque
Tempora mi arbitrio ponere cuncta meo.

Hoc in secessu quum ad poesis studium retentum illud animo, remissum temporibus, nunquam prorsus intermissum se retulisset, in patrio sermone ita excelluit, ut inter principes locum suum obtineat, latinis autem carminibus ad veterum elegantiam proxime accessit. Diem supremum obiit a. 1584, aetatis suae quinquagesimo secundo. Vernacula carmina jam vivo eo in ore ac sermone omnium versabantur; latina poemata post mortem demum ejus a. 1584 typis excusa et postea saepius repetita haec sunt:

1) Elegiarum libri quatuor, quibus continentur Elegiae quadraginta septem.
2) Foricoenia sive Epigrammatum libellus. Complectitur Epigrammata et carmina varia.
3) Lyricorum libellus; continet odas duodecim.
4) Ad Stephanum Bathoreum regem Epinicion a. MDLXXXII.
5) In nuptias Joannis de Zamoscio ac Griseldis Bathoreae Epithalamium.
6) Carmen iambicum Andreae Patricio inscriptum.
7) Epitaphium Doralices.
8) Gallo crocitanti Amoebe.
9) Dryas Zamchana.
10) Pan Zamchanus.
11) Orpheus Sarmaticus.
12) M. T. Ciceronis Aratus ad Graecum exemplar expressus [1]) et locis mancis restitutus cum praefatione duplice auctoris.

---

[1]) Ita correxi. Edd. vulgo expensum.

Horum poematum praestantissima sine controversia sunt Elegiae et Epigrammata: in lyricis enim et minus quam par est assurgit et manifestae apparent imitationis vestigia, quae ubicunque deprehenduntur, molestam lectionem reddunt. Temporariis autem carminibus datur ea venia, ut minus acriter excutienda existimentur. At Elegiae Cochanovii dulces inprimis et elegantes, et quae, quum in eodem fere argumento versentur, grata tamen inventionis varietate animum teneant; nihil in iis inane, nihil fucatum, nihil alienum ab antiquitatis consuetudine reperies, ut nisi res, quas tractat, passim recentiorem poetam arguerent, Tibullum Propertiumve legere tibi videreris. Atque quum poeta ex animi impetu et divino quodam afflatu existimetur, Cochanovium revera Musarum et fonte repletum et instinctu excitatum ad haec carmina pangenda accessisse, fatendum est. Latinitatis autem scientia et usus in eo tantus fuit, ut peregrina lingua poeticam facultatem non retardasse sed stimulasse videatur. Ex duabus his rebus fluxerunt illa orationis perspicuitas, illa compositionis facilitas, illa inaffectata jucunditas, quae in Cochanovii Elegiis et Epigrammatis ubique conspicuae sunt atque eo plus commendationis gratiaeque iis conciliant, quo saepius hae virtutes in recentioribus poetis latinis desiderantur. Sed ne quis cupidiorem me laudis Cochanovianae putet, judicia eorum qui de poesi ejus latina aut dedita opera scripserunt aut obiter mentionem fecerunt, addidisse juvabit. Inprimis commemorandus est Braunius, cujus auctoritas multum apud nos valere debet, quod in recensendis scriptoribus Poloniae et Prussiae, quum reliquis fere, tum vero poetis severum atque adeo acerbum judicem se praebuit. Qui quum Alberti Ines Lechiadem gravissime reprehendat atque omnino poetis christianis imitationem ethnicorum exprobret [1]) nihilominus Cochanovium »in Latino Carmine eruditum et bonum, in Polonico vero eminentissimum Poetam« dicit [2]) et praecipue ejus »facilitatem et quae circum praecordia ludat Lectoris, amoenitatem« laudat. Non minus judicium nostrum confirmat Casimirus Brodziński, [3]) qui Elegias in Polonicum convertit et in praefatione copiose et perite de virtutibus poesis Cochanovianae disserit.

Car. Mecherzyński [4]) Cochanovium tantopere extollit, ut dicat, eum conjungere virtutes Ovidii, Propertii, Tibulli et Catulli, oblitus videlicet, nimiam laudem omni pondere carere. Sim. Starovolscius [5]) vitae ex operibus Cochanovii transscriptae duo ejus elogia apposuit, de suo nihil addidit. Denique huc partim pertinent, quae Hieron. Juszyński [6]) de Cochanovio disputat.

Restat ut gratias agam maximas Josepho Łukaszewicz, viro doctissimo, quod pro humanitate sua et pro assiduitate illa, qua et ipse litteras Polonicas impigre ornat augetque et ceterorum studia excitat ac fovet, et librorum et eruditionis suae copiam mihi liberalissime fecit.

---

[1]) De scriptorum Polon. et Pruss. virtutt. et vitiis p. 174. sq. ed. Colon.

[2]) L. c. p. 106.

[3]) Elegie Jana Kochanowskiego z Łacińskiego przełożone przez Kaz. Brodzińskiego. Warszawa 1829. cf. inprimis p. III.

[4]) Historya Języka łacińskiego w Polsce. w Krakowie 1833 p. 67. Jan Kochanowski... w wierszu Łacińskim połączający zalety Owidego, Propercyusza, Tybulla i Katulla cett.

[5]) Script. Polon. Hecatont. p. 44.

[6]) Dykcyonarz Poetów Polskich. T. I. p. 187—192.

Joannis Cochanovii poemata selecta.

I.

Nunc age, quo pacto bellatrix Vanda [1]) Polonis
Praefuerit, solito carmine, Musa, refer.
Sublato e vivis Craco patre, filius annis
Inferior, caeso fratre per insidias,
Invasit regnum: porro is quoque numinis iram,
Et fratris manes nocte dieque pavens, [2])
Occubuit victus furiis neque longius anno
Laetatus parto est per scelus imperio.
Unica restabat Craci de sanguine Vanda,
Vanda potens forma, Vanda potens animo. [3])
Non illa aut lanae radiisque assueta Minervae,
Filo aut ducendis versicolore notis:
Sed jaculis armata citae comes ire Dianae,
Sternereque adversas per nemora alta feras.
Hinc odium taedae, hinc mentio nulla hymenaei,
Et constans placitae virginitatis amor.
Quod tacitum illa suo semper sub pectore pressit,
Cum diversa hominum spes foret interea; [4])
Qui tibi, Nympharum pulcherrima Sarmatidarum,
Optabant sponsum laude opibusque parem.
Huic ergo unanimi assensu populusque patresque
Mandant foeminea sceptra tuenda manu.
Illa reluctari primum neque credere vires
Posse suas tanto sufficere imperio.
Instantis precibus vix tandem victa senatus,
In solio sedit pulchra virago patris.
Atque ita commissum curavit sedula munus,
Conferri magnis possit ut illa viris.
Multi illam Arctoo juvenes ex orbe petebant,
Quorum vota plagas rapta per aërias. [5])
Ritogarus Teuto [6]) ante alios instantius [7]) ambit,
Verum spem vanam Ritogarus quoque alit.
Hic opibus florens et duro Marte superbus,
Jactabat Rheni nobilis esse genus. [8])
Sed neque opes ullas, nec fortia facta, genusve
Vanda viri curat virginitatis amans.
Despectus fremit ille et curis ducitur anceps;
Hinc irae rabies, hinc ferus urget amor.

Auswahl aus Joh. Kochanowski's lateinischen Gedichten.

I.

Auf! erzähle mir, Muse, wie einst die Kriegerin Wanda
 Polen zum Siege geführt, nimm den gewohneten Schwung.
Als Krakus, ihr Erzeuger, entschwunden dem Kreise des Lebens,
 Riß der jüngere Sohn, Brudermord bahnt ihm den Weg,
An sich die Herrschaft; auch ihn ereilte die zürnende Gottheit;
 Denn vor des Bruders Geist zitternd bei Tag und bei Nacht,
Unterlag er der Furien Macht, nicht länger als Jahrsfrist
 Freuend der Herrschaft sich, welche der Frevel erwarb.
Einzig blieb nun Wanda noch aus dem Geblüte des Krakus,
 Wanda gewaltig an Reiz, Wanda gewaltig an Muth.
Nicht gewohnt mit der Spule das Wollengewebe zu festen,
 Noch zu wirken geschickt farbiger Muster Gebild:
Sondern mit Spießen gerüstet zu folgen der raschen Diana,
 Im hochlaubigen Hain niederzustrecken das Wild.
Darum haßt sie die Ehe, gedenket auch nie der Vermählung,
 Jungfrau immer zu sein, ist ihr beständiger Wunsch,
Den im Stillen sie birgt im tiefsten Grunde des Herzens,
 Während die Welt indeß mancherlei Hoffnungen hegt,
Einen Gemahl dir wünscht, holdseligste polnischer Nymphen,
 Deiner würdig an Ruhm, deiner auch würdig an Macht.
Ihr übergeben einhellig das Volk und die Fürsten die Herrschaft,
 Daß eines Weibes Hand führe das Scepter hinfort.
Zwar widerstrebet sie anfangs und glaubet nimmer gewachsen
 Ihre gebrechliche Kraft lastender Herrlichkeit Wucht;
Bis sie am Ende, den Bitten nur weichend des drängenden Reichsraths,
 Auf des Erzeugers Thron steigt eine männliche Maid.
Thätig waltet sie nun in ihrem erhabnen Berufe
 Mit jungfräulichem Sinn, Helden vergleichbar an Kraft.
Zahlreich kamen um Wanda zu freien die Junker des Nordens,
 Ihre Gelübde verweht raffender Winde Gewalt.
Und vor Allen umwirbt sie Germaniens Rüdiger eifrig;
 Doch auch Rüdiger nährt trügliche Hoffnung umsonst.
Rheinischen Stammes sich rühmend, aus einem erlauchten Geschlechte,
 Pranget im Glanze der Macht, trotzt er auf Schlachtengewalt;
Doch nicht lockende Macht, nicht Heldenthaten, noch Adel
 Beugen der Fürstin Entschluß, immer nur Jungfrau zu sein.
Jener ergrimmt, verschmäht, von wechselnden Qualen gepeinigt,
 Bald erglühend vor Zorn, bald von der Liebe verzehrt:

Mutanda est ratio, [9]) precibus nil egimus, inquit:
Et simul arma amens exitiosa capit.
Non latuit Vandam, quid vecors Teuto pararet,
Quare nec rebus defuit ipsa suis.
Jamque pares utrinque animos in bella ferebant,
Cum Vandae praeco missus ab hoste venit.
Ritogarum, o hera, ait, mox es visura: virumne, [10])
Anne hostem mavis, optio salva tibi est.
Neutrum, Vanda inquit, cupio: tantumque locuta,
Praeconem nulla jussit abire mora.
Hoc responso hostis magis irritatus, amore
In furias verso, propositum urget iter.
Huic acie instructa pharetrata occurrit Amazon,
Votum sublatis tale vovens manibus.
Quod pretio dignor summo, atque ante omnia carum
Aestimo, si vinco, Juppiter esto tuum.
Andiit orantem placida Saturnius aure,
Intonuitque alti dexter ab arce poli.
Omine laeta cani signa imperat, ipsa in hostem
Ante alios rapido concita fertur equo.
Reginam insequitur densis exercitus hostis,
Hos animo excipiunt Teutones intrepido.
Pugna atrox oritur, caeduntque caduntque vicissim,
Mars ferus hinc celeres spargit et inde neces.
Fusus ad extremum est miles Germanus et ipse
Dux aquilas ictus concidit ante suas.
Arma modo exanimi detracta: cadaver humatum,
Captis vita data est, tutaque abire via.
At qua pugnatum est victrix regina trophaeum,
Vistuleas ponit nobile propter aquas.
Huc galeas atque arma virum tulit: inde sonantem
Conversa ad fluvium talibus orsa loqui est:
Vistula dives aquae, fluviorum Vistula ocelle, [15])
Quoscunque Arctoo despicit ursa polo.
Quae tibi serta prius floresque offerre solebam,
Illa ego Vanda tuis cognita fluminibus,
Nunc pro pallenti viola croceoque hyacintho
Haec spolia in ripis figo cruenta tuis,
Devicti monumentum hostis, temeraria qui in me
Demens invitis moverat arma diis,
Et quam non potuit prece flectere, cogere ferro
Tentavit frustra cum exitioque suo.
Et nunc ille ferox jacet acri vulnere victus,
At me fama alti tollit in astra poli.

Anders muß ich's versuchen, da Bitten sie nimmer erweichen,
Spricht er, ergreifend in Wuth drohende Waffen zugleich.
Nicht entging es der Polin, was rasend der Deutsche beginne,
Drob nun säumte sie nicht, eigener Rettung gedenk.
Und schon zogen sie beide mit gleichem Muthe zum Streite,
Als, vom Feinde geschickt, Wanda'n ein Bote sich naht:
Rüdigern, sprach er, o Herrin, wirst bald du erblicken; entscheide,
Ob den Gemahl du willst, oder den Feind in der Schlacht.
Keinen von beiden begehr' ich, erwiderte Wanda, ein Wink hieß
Flugs den Boten zurück eilen mit solchem Bescheid.
So noch tiefer verwundet, verkehret die Liebe in Wuth sich,
Näher und näher rückt drohend der liebende Feind.
Ihm stellt köcherbewehrt zur Schlacht sich entgegen das Mannweib,
Mit erhobener Hand schickt sie Gelübde empor:
Was am theuersten mir und was ich vor allem am höchsten
Achte, sei Jupiter dein, wenn du den Sieg mir verleihst!
Gnädigen Ohres vernahm der Saturnier ihre Gebete,
Donnert Gewährung ihr zu hoch von der himmlischen Burg.
Froh ob des Zeichens gebietet sie: vorwärts! und selbst an der Spitze
Sprengt sie gestreckten Lauf's vor in die feindlichen Reih'n.
Seiner Königin folget das Heer, dichtstarrend von Lanzen;
Unerschütterten Muths nehmen die Deutschen sie auf;
Schrecklicher Kampf nun erhebt sich, sie schlagen und schlachten sich wechselnd,
Metzelnde Kriegerwuth streuet die blutige Saat.
Doch zuletzt erliegen die Deutschen, und selber der Feldherr
Sinket, getroffen vom Speer, vor den Standarten dahin.
Nur die Waffen entzieht man dem Todten: bestattet den Leichnam,
Schenkt den Gefangenen auch Heimkehr und Leben zugleich.
Auf dem Wahlfeld errichtet als Denkmal die siegende Fürstin
An der Weichsel Geström prangende Siegstrophä'n.
Dorthin brachte sie Helme und Waffen der Männer; von dort aus
Sprach sie also gewandt hin zu dem rauschenden Strom:
Weichsel, an Wasser der reichste und liebste mir aller der Ströme,
Welche vom nördlichen Pol schimmernd die Bärin beschaut;
Kränze pflegt' ich dir sonst und duftige Blumen zu bringen;
Ich bin Wanda, bekannt deinem vertrauten Geström;
Jetzt statt blasser Violen und Hyacinthen im Goldschmuck
Heft' ich am Ufer dir auf blutiges Waffengeschenk;
Daß ich besieget den Feind, der wider den Willen der Götter
Thöricht die Waffen erhob, sei es ein Denkmal fortan!
Da er durch Bitten mich nimmer erweichte, versucht' er mit Eisen
Mich zu zwingen umsonst, grub sich das eigene Grab.
Und nun liegt er, der Grimme, verblutet an tödtlicher Wunde;
Doch mich hebet der Ruf hoch zu den Sternen empor.

Di, quorum auspiciis occurri hostilibus armis,
Et verti in turpem signa inimica fugam,
Non ego vos urgente metu coluisse, statimque
Neglexisse malis exonerata ferar:
Sed quidquid demersa altis vovi anxia curis,
Fortunatam omnes persoluisse [11]) scient.
Estne anima quicquam pretiosius? hanc ego vobis
Vestro servatam munere dono libens.
Haec ait, extremaeque ut stabat margine ripae,
Ultro se in rapidas praecipitavit aquas.
Obstupuere omnes factum gemituque dolorem
Testati, immeritas ungue scidere genas. [12])
Illam caeruleis excepit Vistula tectis,
Et patrii jussit fluminis esse deam.
Plebs rata mortalem corpus quaesivit in undis,
Ut daret extremo membra cremanda rogo.
Spe frustrata dehinc tumulum congessit inanem, [13])
Umbramque a Stygiis ter revocavit aquis.
Auditus clamor fundo alti fluminis imo,
Errorque ille novae Naidi gratus erat.
Et tum nemo quidem lacrymas non fudit inanes,
Luxeruntque illum et postera secla diem.
Exstat adhuc laeva monumentum hoc nobile ripa,
Qua Mogilam [14]) liquidis Vistula lambit aquis.

II.

Nugae profecto sunt merae [16])
Meraeque, Petre, fabulae,
Quae devolueris fonte equi:
Vates vetusti garriunt.
Vinum est, poetas quod facit,
Et blanda dictat carmina:
Aquam bibentibus nihil
Insigne Musa subjicit.
Horum locuples, o Petre,
Testis vel ipse sim tibi:
Qui sobrius possum nihil,
Nisi immerentem dentibus
Cunctator unguem rodere.
Sed paulo plus ubi adbibi,
Animusque concaluit mero,
Statim moveri sentio

Götter, die ihr mich schützend entgegen den Waffen des Feindes
Führtet, in schmähliche Flucht schluget die feindlichen Reih'n,
Götter, man sage es nimmer, daß euch in der Noth nur ich ehrte,
Und, vom Drucke befreit, lauer gleich wurde mein Dienst;
Nein, daß ich heilig gehalten im Glück, was kummerbeladen
Ich euch bange gelobt, wisse ein Jeder fortan!
Giebt es ein höheres Gut als das Leben? ich weih' euch das Leben,
Euer Geschenk ist es, euer auch sei es hinfort!
Sprach's, und wie sie da stand am Saume des äußersten Ufers,
Stürzet sie selbst sich hinab flugs in die reißende Fluth.
Alle starren erschrocken und weinen und jammern im Schmerze,
Raufen das Haar sich aus, trauern die Wangen sich wund.
Jene nimmt Vistula auf in bläulicher Fluthen Behausung,
Göttin heißt sie nunmehr, schützend den heimischen Strom.
Sterblich wähnt' sie die Menge und suchte den Leib in den Wellen,
Ihn zu verbrennen zuletzt auf dem gestößeten Holz;
Doch in der Hoffnung getäuscht, errichten sie emsig ein Scheingrab,
Rufen von Stygischer Fluth dreimal den Schatten herauf.
Tief in die Gründe des Stromes hinab drang klagend ihr Wehruf,
Und der neuen Najad' war dieser Irrthum genehm.
Da nun vergossen sie alle in Sehnsucht die bittersten Zähren,
Ja es betrauern den Tag späte Jahrhunderte noch.
Noch steht links an dem Ufer als Zeuge das rühmliche Denkmal,
Wo der Weichsel Geslüth Mogila's Boden bespült.

II.

Wahrhaftig, Peter, Tändelei'n
Und Possen nur, und Fabelei'n
Strömt Hippokrene's Wasserquell;
Die Alten übertreiben grell!
Der Wein ist's, welcher Dichter macht,
Und öffnet holder Lieder Schacht;
Dem Wassertrinker sprudelt nie
Der Musenquelle Harmonie.
Mein eignes Beispiel diene dir
Zur Warnungstafel für und für:
Denn nüchtern sinn' ich hin und her,
Zerzaus' ein ganzes Federnheer,
Und mir gelingt kein einzig Bild.
Doch hab' ich erst den Durst gestillt,
Erglüht der Geist an Bachus Lust,
Bald regt sich in der tiefen Brust

Praecordiis in intimis
Innumera versuum agmina
Erumpere gestientia.
Quibus data est postquam via,
Ruunt gregatim, more apum,
Hiberna quas post frigora
Amicta prata floribus,
Et veris invitat tepor.

III.

Heri (nisi illud somnium [16])
Credam fuisse) heri, Ibyce,
Inter bibendum dixeras:
Cras, Jane mellitus, [17]) volo
Coenes apud me: assentior
Tibi, culinaeque interim
Indico et ollis ferias.
Nunc, o sceleste, nunc meas
Acerbus aures nuntius,
Ventremque adeo ipsum perculit:
Frigere nimirum focum,
Coenaeque nullam spem dari,
Convivii oblito patre.
Memorem, inquit, odi combibam [18])
Sermo vetustus: certe ego
Obliviosum odi magis.

IV.

Tempus adest, omnes sua cum delicta fatentur,
Et veniam superos supplice voce petunt.
Nec mihi fas veterum ritus sprevisse parentum,
Dicendum est, quidquid pectora caeca premit.
Non didici impuri perversum dogma Gnathonis: [19])
Ajunt, ajo; negant, rursus et ipse nego.
Sed quae cum vero mihi consentire videntur,
Haec demum affirmo: sin minus, usque nego.
Non opibus quenquam neque fulvo metior auro,
Sed quam quisque probus, tam mihi carus erit.

Und wimmelt um das Herz so warm
Unzähl'ger Lieder bunter Schwarm.
Hervorzubrechen toben sie,
Entschlüpfen mir, ich weiß nicht wie,
Und schwärmen dann nach Bienenart,
Die nach dem Winterfrost, geschaart
Der Wiese duft'ger Blumenflor
Und Frühlingswärme lockt hervor.

III.

Du sagtest gestern (wo mich nicht
Betrog ein leeres Traumgesicht),
Ja! gestern sagtest du beim Wein:
Willst du mein Gast auf morgen sein,
Mein süßer Freund? ich sage zu,
Und laß indeß in aller Ruh
Die Küche und die Töpfe leer.
Da bringt, verwünscht! dein Bube her
Die ärgerliche Kunde mir,
(Mein Magen wird rebellisch schier!):
Kein Schmaus ist heut bestellt im Haus;
Faßt euch! für dießmal wird nichts draus!
Papa vergißt oft, was er spricht!
Ein Sprüchwort sagt: den lieb' ich nicht,
Der schlau sich merkt, was ihm im Rausch
Arglos vertraut der Herzen Tausch.
Doch wer vergißt, was er versprach,
Steht jenem noch bei weitem nach.

IV.

Zeit ist's, daß wir bekennen ein Jeder, was wir verbrochen
Und zu den Himmlischen flehn: Gnade für Recht laßt ergehn!
Auch mir ziemet es nicht, zu versäumen der Väter Gebräuche,
Beichten will ich, was mir Herz und Gewissen beschwert.
Niemals wollt' in den Kopf mir der Grundsatz des sauberen Gnatho:
Sagen sie ja! sag' ich ja! sagen sie nein! sag' ich nein!
Sondern was mir gemäß erscheinet dem Recht und der Wahrheit,
Nehme mit Beifall ich auf: andernfalls sage ich nein!
Niemand schätze ich nach dem Vermögen und funkelndem Golde,
So viel gilt mir der Mensch, als an Charakter er wiegt.

Rem ratione mala nolim auctam, ferre superbos
    Non possum, et tantum curo placere bonis.
Talia dicentem deus audiit atque ita fatur:
    Semper egebis: ita haec culpa pianda tibi est.

V.

Iliados medicus legeret cum forte Lycophron
    Principium et scriptum sic reperisset ibi:
Multas insignes animas demisit ad Orcum:
    Hui, etiamne, inquit, mittere ad Orcum animas
Laus est? atqui ego sum is, videar qui aequandus Achilli:
    Nam quot ego eximias ad Styga misi animas!

VI.

Tune hilares inter solus, Torquate, recumbes
    Moestus et ipse tuum cor taciturnus edes?
Tun' fugies solus certamen dulce Lyaei?
    Solus Apollinea non capiere lyra?
Fallor an ingratae succurrunt facta puellae?
    Et tibi non aequus pectora mordet Amor?
Noli dissimulare: Venus me non sine plagis
    Perdocuit ne sim vestro in amore rudis.
Nec deprendendi tantum (modo consule) morbi,
    Sed curandi etiam credo me habere modum.
Optandum aut nunquam incipere aut desistere nunquam;
    Est mel cum incipimus: fel, ubi desinimus.

VII.

Immatura tuae dum defles funera Laurae,
    Illam immortalem teque Petrarcha facis.

VIII.

Illud nomen amo, quod seu legisse latino
    Seu velis hebraeo more, perinde sonat.

Auf unredliche Weise mir Geld zu erwerben verschmäh' ich,
Stolze ertrage ich nicht; Beifall der Edlen ist schön!
Dieses Bekenntniß vernahm der Untrügliche, also erwidernd:
Immerdar bleibest du arm: so wird gesühnt diese Schuld.

V.

Als Lykophron der Arzt einst las Homer's Iliade
Und zu Anfange fand also geschrieben darin:
Viele sandt' er hinab der tapferen Seelen zum Orkus!
Sprach er: potz Element! Senden zum Orkus hinab
Ist auch rühmlich? ei nun, dann bin ich ein zweiter Achilles;
Denn wie viele hab' ich schon zu den Schatten gesandt!

VI.

Du, Torquatus, allein willst unter den frohen Gefährten
Traurig sitzen und stumm wühlen im Busen voll Weh?
Du nur meidest allein des Lyäus wonnigen Wettkampf?
Lautenspiel des Apoll fesselt dich Einzigen nicht?
Traun! dir lieget im Sinn das schnöde Benehmen des Mädchens!
Unerwiederte Lieb' wurmet im Herzen dich tief!
Freund, verstelle dich nicht! mich hat nicht ohne Gefährde
Klug die Erfahrung gemacht, wie's mit der Liebe bestellt!
Nicht zu entdecken nur weiß ich die Krankheit, falls du um Rath fragst,
Sondern auch wie man sie heilt, glaub' ich genau zu verstehn.
Meide entweder den Anfang, verordne ich, oder das Ende:
Honig ist der Beginn, Wermuth das Ende davon.

VII.

Deine Laura beweinend, durch frühen Tod dir entrissen,
Machst du unsterblich sie, wirst du unsterblich, Petrarch.

VIII.

Welchen Namen ich liebe vor allen erdenklichen Namen?
Der gleich klingt, ob du deutsch oder hebräisch ihn liest.

IX.

Ad Philippum Padnevium.

Cum pax vigeret aurea [16])
Ensemque Mars reconditum
Carpi sinebat improba
Aerugine et pigro situ:
Et nos, Philippe, Theiam
Anacreontis ad lyram
Non invenusta lusimus
Dictante Phoebo carmina.
Nunc victa tympanis fides,
Frementibusque classicis
Obmutuit prorsus neque
Vocem datura pristinam
Videtur, usque dum novis
Auctus triumphis hostico
Augustus erigat solo
Victor trophaeum nobile.
Hunc, insidens o roscidis [20])
Aurora bigis, lucidum
Afferre festina diem;
Cum liber arcu Gnossio
Plectrum resumat aureum,
Fugamque Moschi concinat
Apollo Musarum decus.

IX.

An Philipp Padnevius.

Wann golden rings der Friede lacht
Und, rastend von der grausen Schlacht,
Das Eisen in der Scheide steckt,
Verrostet und von Staub bedeckt;
Dann gieße ich mit leichtem Sinn
Anakreont'sche Lieder hin;
Wie sich der Gott im Herzen regt,
Auch meine Laute sich bewegt.
Doch, übertönt vom Wiederhall
Der Trommeln und Drommeten all,
Verstummen meine Saiten bang
Und geben nicht den frühern Klang.
Sie ruhen, bis Triumph ertönt,
Daß unser Fürst, mit Sieg gekrönt,
Befestigt in der Feinde Land
Die Fahne, siegreich heimgewandt.
Aurora führe bald herauf
Auf deinem thaubenetzten Lauf
Den Tag des Friedens in die Welt,
Von Siegesfreude neu erhellt;
Wo Phöbus, holder Musen Zier,
Verschließet seines Köchers Thür
Und, feiernd Moscoviterflucht,
Die goldne Cither wieder sucht.

---

1) Elegia XV. libri primi. Quae de Vanda fabulati sunt rerum Polonicarum auctores (v. Matthaeus apud Cadlubconem I., ep. 6. Dlugoss. I., p. 55. sqq. ed. Francof., Mart. Cromer II., p. 21. ed. Basil., Stan. Sarnicius IV. cap. XX.), post alios censurae nuper subjecit vir doctissimus et mihi amicissimus, Dr. R. Roepell (Geschichte Polens. Hamburg 1840., Vol. I. p. 67.). Is Vandae nomen ad Lituanicum wandù, i. e. aquam, et Craci ad voc. karpak, i. e. summum cacumen jugi Carpathici, haud improbabiliter refert. — 2) Cf. Val. Flacci Argon. I., 26. De terroribus nocturnis sceleratorum v. gravissime dicta Cic. pro Rosc. Am. c. 24. §. 66—68. Juven. 13, 192—198. Sueton. Ner. 34. Aeschyl. Choëph. v. 281—88.— 3) Ante oculos fortasse habuit Propert. II., 5, 28. — 4) Zumpt Gr. Lat. §. 270. p. 259. propter longam ultimam non sine dubitatione fieri posse dicit, ut interea et praeterea composita ex praepos. et accus. plur. neutr. pron. demonst. ea dicantur; eaque dubitatio induxisse videtur Lünemannum, ut in Lex. s. h. v. ablat. singul. intelligendum esse opinaretur. Forcellini in Lex. s. h. v. nodum non solvit, quum dicit, ultimam propterea corripi, quod adverbia sint. Demonstrandum enim potius erat, quare usus in his adverbiis recessisset ab illa lege, qua verba composita retinere quantitatem simplicium dicuntur. Res ita se habere videtur. Non dubium est, quin interea et praeterea composita sint ex praepos. et accus. neutr. plur., sed necessitas heroici versus effecit, ut epici poetae ultimam vulgo producerent. Omnino dici vix potest, quantum apud veteres Latinos

versus heroici ratio et frequens usus in quantitate syllabarum temperanda valuerit. Ita penultima genit. alterius nullam aliam ob causam vulgo corripitur a poetis, nisi quod alioquin huic genitivo omnino non locus fuisset in Hexametro. v. Schmidt ad Horat. Epist. I., 2, 57. Sed latius patet haec anomaliae prosodicae ratio, quam ut hoc loco accurate explicari possit. — [5]) Frequens haec locutio de votis, precibus vocibusque incassum missis et irritis cf. Tibull. I., 4, 21.

. . . Veneris perjuria venti
Irrita per terras et freta summa ferunt.

ibid. I., 5, 35. III., 4, 96. 6, 27 et 50. Ovid. Rem. Am. 286. — [6]) Poeta secutus est Matthaeum l. c. qui Ritogarum tyrannum s. principem Alemannorum dicit. Cromer l. c. p. 22. haec habet: »Quaenam illa gens Teuthonum fuerit, nihil comperti habemus. Marcomannos sive Moravos vel Saxonas certe fuisse, suspicari nihil fortassis prohibet. Hagecus Prussos fuisse scribit.« — [7]) Ante et praeter alios, omnes, cunctos, ceteros a poetis et posterioribus prosae orationis scriptoribus interdum comparativis et superlativis per abundantiam quandam adjungi observaverunt Forbiger et Thiel ad Virgil. Aen. I., 347. — [8]) Graecorum more nominativum cum infinit. post verbum jactare posuit cf. Schmidt ad Horat. Epist. I., 7, 22. — [9]) V. Catull. XL. (XLII.) v. 22. — [10]) Virum pro marito bene latine dici, recte contendit Krebs Antib. p. 509. — [11]) Diaeresis exempla collegit Ramshorn Gr. lat. §. 220, 3. — [12]) Poetae latini recentioris aetatis ubique fere antiquorum Graecorum Romanorumque mores et ritus sequuntur, etiamsi res domesticas et populares describunt. De funerum ritu cf. Becker Röm. Scenen II. p. 296. Adde Tibull. Elegg. I., 1, 68., Propert. III., 4, 12. — [13]) Intellige cenotaphium sine ossuario cf. si tanti est Becker l. c. p. 301. — [14]) Cromer l. c. »Proceres inventum cadaver ejus, uno ab urbe (Cracovia) milliario editiore loco e conspectu urbis supra amnem Dlubniam sepeliunt, aggesto itidem ut patri tumulo. Indeque subjacens pagus Mogila h. e. tumuli nomen adeptus adhuc retinet.« Dlugoss. l. c. p. 1090. »Monasterium Clarae tumbae, alias Mogila, ordinis Cisterciensis prope Cracoviam situm.« — [15]) Quod maxime in deliciis habent et praecipuo amore complectuntur, poetae blande dicunt ocellum suum Catull. 48 (50); lucem Propert. III., 5, 29; animum Terent. Eun. I., 2, 15; vitam Propert. III., 11, 27. 12, 11. 17. 18, 13; curam Prop. III., 19, 1; carius oculis Catull. 80 (82), 102 (104). Inde fluxerunt locutiones: plus oculis suis amare Catull. 3 et 14, 1; per ocellos s. oculos suos jurare, rogare Tibull. III., 6, 47. IV, 5, 8. At qui fluviorum ocellus similiterve scripserit, neminem novi Romanum. — [16]) Hoc metro usi sunt Seneca Agam. III., 2; Auson. Epigr. XXIX., XCIV., CXXXVIII., cf. Munk, Metrik der Griechen und Römer, p. 131. Initium carminis, quod secundo loco posuimus, ita intelligendum est: Quod antiqui vates, Cochanovius dicit, carmina sua fere nugas (jocos, lusus) appellant (cf. Axt ad Vestritii Spurinnae Lyr. reliqq. p. 31. seq.; Horat. Serm. I., 9, 2; Catull., 1, 4.), id profecto recte faciunt; revera enim qui spiritum ex aqua (Hippocrenes) hauriunt, nihil nisi meras nugas (Lessingius: vollkommene Possen, ed. Lachmann I., p. 7) proferre possunt. — [17]) Nominativus pro vocativo a poetis et in formulis antiquis usurpatur, cf. Zumpt §. 492; Ramshorn §. 27, 3; Reisig Scholl. de Gramm. lat. habitt. ed. Haase §. 58. et buos laudat Forbiger ad Vigil. Aen. XI. 464; mellitum filiolum suum dicit Cic. ad Att. I., 18, 1. — [18]) Expressit vulgatum illud: μισῶ μνάμονα συμπόταν. Combiba vocabulum est inauditum, ab ipso poeta ex analogia voc. conviva procusum. Apud Ciceronem semel legitur combibo Epist. ad Fam. IX., 25, 2. — [19]) Gnathonis parasitica praecepta leguntur apud Terent. Eun. II., 2, 17. seqq. cf. Cic. de amicit. c. 25. §. 93. — [20]) Cf. Ovid. A. A. III., 180:

. . . . croceo velatur amictu
Roscida luciferos quum dea jungit equos

i. e. Aurora. Senec. Thyest. 816. genitrix primae roscida lucis.

Carmen natalitiis Friderici Guilelmi h. n. IV. rite celebrandis Idibus Octobribus superioris anni a discipulis nostris cantatum.

Hunc diem vere celebrare pulchrum
Grande qui rerum columen decusque
Patriae dedit properate Musae
  Carmine festo.

Gratias natisque patres receptis
Gratias virosque iterum osculantes
Conjuges agant capitis minutos
  Restituenti

Principi, quo io! Friderica virtus
Patris et clemens animus beatis
Gentibus jubar retulisse avitum
  Contribuunt vim.

Pristinum decus redonare templis
Mitis ut patris pius ac fidelis
Exsequi novissima pergit aeque
  Verba minister.

Litteris laxat sapienter Ille
Fraena, dum vias vetitas petentem
Pegasum domat generosus arte
  Bellerophontis.

Pauperes juvatque levans tributa
Atque supplices facile audiendo
Mox bonis pellit mala, fausta moestis
  Fata reducit.

Jam Themis gressum properat meando;
Claustra jam Russi, male comprimentis
Vinculis externa, labare laetus
  Approbat orbis.

Ite Principis meritas Poloni
Ite Germani geminare laudes
Vivere et mori haud dubitanter hoc pro
  Rege parati.

Ordines cuncti Tibi gratulantur,
Civitas omnis Tibi comprecatur:
Laetus intersis populo diu cum
  Conjuge cara.

A.

Lehrverfassung.

In dem Schuljahre vom 10. October 1840. bis Ende September 1841. wurden folgende Lehrgegenstände abgehandelt:

Sexta. 32 St. wöch.

Ordinarius: Lehrer Cichowicz.

a) **Kathol. Rel.-Unterricht.** 2 St. Oberl. Dr. Prabucki. Von den Quellen der Religionslehre und von Gott, nach Ontrup, nebst bibl. Gesch. d. A. T.

b) **Latein.** 7 St. Lehrer Cichowicz. 3 St. Gramm.: die Formenlehre; 3 St. Schönborn's Lesebuch bis §. 78; 1 St. Exerc. u. Extemp.

c) **Polnisch.** 3 St. Lehrer Cichowicz. 1 St. Gramm.; 1 St. Lesen u. Declam.; 1 St. schriftl. Arbeiten.

d) **Deutsch.** 5 St. Lehrer Cichowicz. 2 St. Gramm. und Uebers. aus dem Poln. ins Deutsche; 1 St. Auswahl von Poplinski; 1 St. Lesen u. Declam.; 1 St. Extemporalia.

e) **Arithmetik.** 4 St. Lehrer Figurski. Die 4 Rechnungsarten mit unbenannten und benannten Zahlen; Brüche; Kopfrechnen.

f) **Naturgeschichte.** 2 St. Prof. Motty. Eintheilung der drei Naturreiche, und dann die Hauptprodukte des Mineral- und Pflanzenreichs.

g) **Geschichte.** 1 St. Dir. Stoc. Die alte Geschichte biographisch an die bedeutendsten Männer angeknüpft.

h) **Geographie.** 2 St. Prof. Czwalina. Allgemeine Einleitung; dann Uebersicht der 5 Welttheile.

i) **Kalligraphie.** 2 St. Lehrer Cichowicz. Nach gestochenen Vorschriften.

Plan nauk.

W roku szkólnym od 10. Października 1840. do ostatn. Września 1841. wykładano następujące przedmioty:

Klassa VI. 32 godz. na tydz.

Ordynaryusz: Naucz. *Cichowicz*

a) **Religia katolicka.** 2 godz. Naucz. w. X. Dr. Prabucki: O źródłach nauki religii i o Bogu podług Ontrupa; przytém Historyą biblijną St. Test.

b) **Język łaciński.** 7 godz. Naucz. Cichowicz. 3 godz. gram., etymologia; 3 godz. wypisy Schönborna do §. 78; 1 godz. Exerc. i Extemp.

c) **Język polski.** 3 godz. Nauczyciel Cichowicz. 1 godz. gram.; 1 godz. czyt. i deklam.; 1 godz. wypracow. piśmienne.

d) **Język niemiecki.** 5 godz. Naucz. Cichowicz. 2 godz. gram. i tłum. z pol. na niem.; 1 godz. Auswahl Poplińskiego; 1 godz. czyt. i deklam.; 1 godz. Extemporalia.

e) **Rachunki.** 4 godz. Naucz. Figurski. Cztery działania liczb prostych i wielorakich; ułamki; rachunki pamięciowe.

f) **Historya naturalna.** 2 godz. Prof. Motty. Podział na trzy królestwa natury i o głównych płodach z królestwa minerałów i roślin.

g) **Historya.** 1 godz. Dyr. Stoc. Z historyi starożytn. rys ogólny z życiopisem najsławniejszych mężów.

h) **Jeografia.** 2 godz. Prof. Czwalina. Wstęp ogólny; potém opisanie pięciu części świata.

i) **Kalligrafia.** 2 godz. Nauczyciel Cichowicz. Podług wzorów sztychowanych.

Quinta. 32 St. w.

Ordinarius: Lehrer Figurski.

a) Kathol. Relig.-Unterricht. 2 St. Oberlehrer Dr. Prabucki. Von der Erlösung, nach Ontrup, nebst den wichtigsten Begebenheiten aus der Geschichte Jesu.

b) Evang. Relig. comb. mit Quarta. 2 St. Conrector Schönborn. Biblische Geschichte des A. u. N. Testam., Entwickelung religiöser Grundbegriffe, Memoriren von Bibelstellen, Erlernen der Hauptstücke des lutherischen Katechismus.

c) Latein. 8 St. Lehrer Figurski. 3 St. Gramm. nach Poplinski; der ganze etymol. Theil; 3 St. Ellendt bis S. 91. Auch haben die Schüler 35 Erzählungen auswendig gelernt, die wöchentlich in 1 St. zugleich übersetzt und erklärt wurden. Alle 8 Tage wurden abwechselnd Extemp. pro loco und häusl. Exercitien geschrieben und corrigirt.

d) Polnisch. 3 St. Cand. Karwowski. 1 St. Gramm. nach Muczkowski: von den Hauptregeln; 1 St. Lesen und Deklamiren; 1 St. schriftl. Arbeiten.

e) Deutsch. 4 St. Prof. Czwalina. 1 St. Grammatik; 1 St. Lesen und Deklam.; 1 St. Extemp.; 1 St. Uebersetzen aus dem Polnischen ins Deutsche.

f) Arithmetik. 4 St. Lehrer Figurski. Einleitung zum Bruchrechnen; die 4 Grundrechnungen, die Anwendung derselben auf sämmtliche Erscheinungen im bürgerlichen Leben nach der vereinfachten Methode; Kopfrechnen; nach Fiebag und Baltrusch.

g) Naturgeschichte. 2 St. Prof. Motty. Eintheilungen des Thierreichs u. insbesondere von den Säugethieren.

h) Geschichte. 1 St. Dir. Stoc. Uebersicht der alten Geschichte der außereuropäischen Völker, und aus der Griechischen bis 390 vor Christo.

i) Geographie. 2 St. Prof. Czwalina. Es wurde Europa nach Wiederholung der allgemeinen Einleitung durchgenommen.

k) Kalligraphie. 2 St. Lehrer Figurski. Nach gestochenen Vorschriften.

Quarta *a*. 32 Stunden.

Ordinarius: Schulamts-Cand. Schwewinski.

a) Kathol. Religion. 2 St. Oberl. Dr. Prabucki. Lehre von den heil. Sakramenten.

b) Evangel. Religion. Siehe sub V.

Klassa V. 32 godz. na tydz.

Ordynaryusz: Nauczyciel *Figurski.*

a) Religia kat. 2 godz. N. W. X. Dr. Prabucki. O odkupieniu podług Ontrupa, i o ważniejszych zdarzeniach z dziejów Chr. Pana.

b) Religia ewangel. łącznie z kl. IV. *a.* 2 godz. Konrektor Schönborn. Hist. Star. i Now. Testam. rozwinięcie głównych zasad religiynych, uczenie się na pamięć zdań z pism. Ś. i głównych §§. z katechyzmu Lutra.

c) Język łaciński. 8 godz. Nauczyciel Figurski. 3 godz. gram.: cała etymologia podług gram. Poplińskiego; 3 godz. Ellendt do str. 91. Uczniowie nauczyli się także 35 powieści na pamięć, które co tydzień w 1 godz. przetłumaczono i objaśniono. Co tydzień pisano i poprawiano na przemiany extemp. o miejsca i exerc. dom.

d) Język polski. 3 godz. Kandydat Karwowski. 1 godz. gram. podług Muczkowskiego w głównych zarysach; w 2 godz. czytano i deklamowano; a w trzeciéj robiono ćwiczenia jużto zaraz czytane w klassie, jużto do poprawy oddawane.

e) Język niemiecki. 4 godz. Prof. Czwalina. W 1 godz. gram.; w 1 czytanie i deklam.; w 1 extemp.; w 1 tłumacz. z polskiego na niemieckie.

f) Rachunki. 4 godz. Naucz. Figurski. Wstęp do nauki o ułamkach; 4 działania zastósowane do wszelkich rachunków w prakt. życiu podług sprostowanéj metody; rachunki pamięciowe; podług Fiebaga i Baltrusza.

g) Historya naturalna. 2 godz. Prof. Motty. Podział zwierzętopistwa na klassy i rzędy; obszernie o zwierzętach ssących.

h) Historya. 1 godz. Dyr. Stoc. Krótki rys historyi narodów zaeuropejskich, i z historyi greckiéj aż do 390. przed Xst.

i) Jeografia. 2 godz. Prof. Czwalina. Po powtórzeniu wstępu do jeografii wydał o Europie.

k) Kalligrafia. 2 godz. Naucz. Figurski. Podług sztychowanych wzorów.

Klassa IV. *a.* 32 godz. na tydz.

Ordynaryusz: Kand. *Schwewiński.*

a) Religia katol. 2 godz. N. w. Dr. Prabucki. O sakramentach św.

b) Relig. ewang. Zobacz pod kl. V.

c) Latein. 8 St. Cand. Schwewinski. Wiederholung der Formenlehre, 1 St. Syntaxis casuum nach Zumpt, 2 St. Uebersetzen aus August's praktischer Anleitung: Uebung 1 bis 19, 2 St. Cornelius Nepos: Milt., Themist., Paus., Datam., Agesil., Atticus, 2 St. Memorirt und durch mündliche Uebungen praktisch eingeübt wurde Milt., Themist., Paus. und Ages. Alle 14 Tage eine häusliche Arbeit und ein Extemporale.

d) Griechisch. 5 St. Derselbe. Die Formenlehre bis zu den Verben in $\mu\iota$, 3 St. Uebersetzen aus Jacobs Leseb.: 1ster Cursus, Abschnitt I. bis X. und 2ter Cursus, Abschnitt I. bis IV. Seit Weihnachten alle 14 Tage eine häusliche Arbeit.

e) Deutsch. 3 St. Lehrer Januskowski. Davon 1 St. Wiederholung der Grammatik; 1 St. Lehre vom zusammengesetzten Satz; 1 St. Deklamir-Uebungen, abwechselnd mit Beurtheilung der schriftl. Arbeiten.

f) Polnisch. 3 St. Lehrer Cichowicz. 1 St. Gramm. nach Muczkowski; 1 St. Lesen u. Deklam.; 1 St. schriftliche Arbeiten.

g) Französisch. 2 St. Dir. Stoc. 1 St. Gramm.; 1 St. Lesen, Uebersetzen aus dem Französischen ins Deutsche, mündliche Uebungen und Aussagen auswendig gelernter Stücke und Exerc.

h) Mathematik. 3 St. Kand. Karwowski. Einleitung in die gesammte Mathematik. Arithmetik: Wiederholung der vier Spezies mit ganzen Zahlen, gewöhnl. und Dezimalbrüchen, rationell begründet. — Allgem. Arithmetik: Einfachste Zahlenbegriffe, Addition, Subtraction, additive und subtraktive Ausdrücke, algebraische Summen, Multiplikation, Division, von den Brüchen, Lehrsätze des Größeren und Kleineren in Bezug auf absolute ganze und gebrochene Zahlen, so wie auch in Bezug auf positive und negative Zahlen. — Geometrie: Grundbegriffe der Geometrie, von den Winkeln, von den parallelen und schneidenden Linien überhaupt, Eigenschaften des Dreiecks hinsichtlich seiner Seiten, Congruenz der Dreiecke, Eigenschaften der Vierecke.

i) Geschichte. 1 St. Dir. Stoc. Die mittlere Geschichte bis Ende der Kreuzzüge; dabei eine Uebersicht der Geschichte des deutschen Ordens und der Preußisch-Brandenburgischen.

k) Geographie. 1 St. Prof. Czwalina, combin. mit IV*b*. Asien, nach einer allgemeinen Uebersicht über die Geographie.

l) Naturgeschichte. 2 St. Prof. Motty. Einleitung in die Naturgeschichte, allgemeine Klassifikation und dann besonders von den Fischen und den Insekten.

c) Język łaciński. 8 godz. Kand. Schwewiński. Powtórzenie etymolog.; 1 godz. składnia przypadków podług Zumpta; 2 godz. tłum. z wypisów Augusta na język łaciński od st. 1—19; 2 godz. z Kornel.: życia Milcyadesa, Temist., Pauzan., Datama, Agezyl. i Attyka; 2 godz. ćwiczenia pamięciowe i ustne o Milc., Temist., Pauz. i Agezylauszu. Co 14 dni exerc. i extemp.

d) Język grecki. 5 godz. tenże sam N. Nauka o formow. aż do słów na $\mu\iota$; 3 godz. tłumacz. z wypisów Jakobsa kurs. 1. §. I.— do X. i z 2. kursu §. I.—IV. Od Bożego Narod. co 14 dni ćwiczenia domowe.

e) Język niemiecki. 3 godz. N. Januskowski. 1 godz. powtórz. gram.; 1 godz. naukę o zdaniu złożoném; 1 godz. deklam. i ćwiczenia domowe łącznie z tychże rozbiorem.

f) Język polski. 3 godz. Nauczyciel Cichowicz. 1 godz. gram. podług Muczkowskiego; 1 godz. czytanie i deklam.; 1 godz. wyprac. piśmienne.

g) Język francuzki. 2 godz. Dyr. Stoc. Gram., czytanie, tłumacz. z francuzk. na niemieckie, ćwiczenia ustne, deklamacya i exerc.

